

Electronic Manipulus florum Project  
www.manipulusflorum.com

Predicacio x  
cum uariis

Fructus et enim terre absque pecunia comedere est ex ecclesia quidem sumptus accipere, sed eidem ecclesie predicacionis premium non prebere. Terre igitur fructus absque pecunia comedit, qui ecclesie commoda ad usum corporis percipit, sed exhortacionis ministerium non impendit. Quid ad hoc nos pastores dicimus qui aduentum districti iudicis precurrentes officium quidem preconis suscipimus, sed alimenta ecclesiastica muti manducamus? Exigimus quod nostro debetur corpori, sed non impendimus quod subiectorum debemus cordi.

Gregorius XXII. libro moralium exponens illud Iob XXXI: Si fructus terre comedimus absque pecunia.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

et *om.* C; ecclesia] causa C; percipit] recipit C; exhortationis] exhortationem C; hoc] hec M; suscipimus] suscepimus B M; debemus] debemuse (*cor. sub lin.*) C; XXII. libro] libro XII. B; XXII. libro moralium] in moralia V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; XXXI. *om.* V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; pecunia] et cetera *add.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup>